1000

\+

Kalinowo antiqua Donatio.

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens No-
bilis Simon olim Jacobi Kalinowsky sanus mente et corpore existens palam publice
ac libere recognovit. Quia Nobili Martino olim Laurentij Kalinowsky et eius
posteris Bona sua omnia Mobilia et immobilia in bonis haereditarijs dictis alias
Kalinowo antiqua et nova consistentia, haereditaria paterna materna
obligatoria quaesita et alio quovis modo acquisita titulo concernentia
cum areis hortis aedificijs omnibus parvis et magnis, agris pratis cam-
pis sylvis bonis rubetis pecoribus pecudibus totaque substantia et sup-
pellectili domestica cum omni iure suo dominio proprietate propinquitate
tituloque haereditario suoque omnibus in genere et singulis in specie utilitatibus
fructibus proventibus redditibus attinentijs et pertinentijs ex eisdem
bonis modo quovis nunc et ab antiquo provenientibus nihil ibidem
pro se aut alio quopiam reservando seu excipiendo pura
mera sincera et irrevocabili donatione perpetuis temporibus de-
dit donavit inscripsit et irrevocabiliter resignavit. Cui iam ex
nunc intromissionem realem in dicta bona ad praesens donata cum pacifi-
ca possessione per ministerialem et nobiles duos officio acceptandam dat et admit-
tit. Submittit se cum posteris suis ac de bonis omnibus inscribit memora-
tum donatarium suum et eius successores occasione bonorum modo praemisso
resignatorum ab omni impedimento iuridico quarumlibet personarum
propinquarum et remotarum utriusque sexus status et cuiusvis conditio-
nis existentium per et ultra omnes proscriptiones toties quoties opus
et necessarium fuerit, tueri, defendere, evincere, liberare, pacificare, ia-
tercedere solusque tam per se quam per quasvis submissas et subor-
dinatas personas non inquietare sub damnis Terrestribus simpliciter taxatis
et edicendis. Et coram officio praesenti in primo citationis Termino peremp-
torie stare parere respondere pro damnis acceptis omnibus satisfacere
omnibus controversijs exceptionibus allegationibus, evasionibus dilationibus
infirmitatibus, motionibus appellationibus ac earum quibusvis prore-
gationibus, alijsque in universum cunctis iuris remedijs et defensionibus le-
galibusque impedimentis etiam de iure concessis sibi ipsi et suis successoribus
renuntiando et abrenuntiando. excepta area nuda dicta
Koneczynskie in bonis Kalinowo antiqua consistente sibi reservata.

Actum in Curia Regia Bran-
scensi Feria Quarta in Crastino
Festi Sanctorum Petri et Pauli
Apostolorum Anno Domini Millesimo
Sexcentesimo Quadragesimo Nono.

Krassowskich quida Transfusio

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter com-
parens Famatus Erasmus Georgij Viceadvocatus Bielscen.